



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

De Signis Et indicijs, exterioribus quibus diuersarum sectarum h[a]eretici  
cognosci possint.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**



tradamus, afferamus tutius, & securius esse ut reus A  
ratificet confessionem, cui ita ratificatus, etiã si alia  
accendant coniecturæ, quas adesse frequenter contin  
git, semper erit leuius puniendus, & ordinaria crimi  
nis pœna temperanda, ne Inquisitor data a se si  
deat, & promissa gratia deesse videatur, cum tuto  
possit eam facere prædictis modis.

Num. 106.

h. Et fiat sibi gratia, quod ad misericordiã ad  
mittatur. ] Ita Bononiensis, & Barcionensis im  
pressus, & codex Cardinalis de Gambara: sed in Sa  
bellano ita: Et fiat sibi gratia, & misericordiã, vel  
saltem ad salutem animæ: in Repertorio vero In  
quisitorum in dicto verbo, prouiso solenter. § sequũ  
tur cautela. vers. 1. ana cautela. hic locus ita legi  
tur: Et fiat sibi gratia quod admittatur ad mise  
ricordiã, si sponte dixerit quæ commisit. hæc ibi.  
Quæ lectiois varietas multum est consideranda:  
ex qua serè hoc colligitur, quod gratia in genere ab  
Inquisitore promissa, hoc operatur, q̄ reus ad mise  
ricordiã admittatur, ac mitius puniri debeat; non  
tamen omnino liberari. Vel hanc habet tacitã condi  
tionem: gratiã consequetur, si spõtes, & integrè cõfi  
teatur quæ commisit: ex quibus confirmatur quæ  
paulo antea dicebamus, in §. rursus in his in fine.

Num. 107.

1. Et faciat quod ille loquatur sibi, & si opus  
fuerit, fingat se de secta sua adhuc esse, &c. ) Si  
dicat se esse de secta sua, cum non sit; & metu abiu  
rasset, cum non abiurauerit, & similia, mendacium  
dicet, q̄ saltem sit veniale peccatum, quod nullo mo  
do est committendum pro quacumque veritate ha  
benda: & tutius erit facinus impunitum relinque  
re, quam per illicitas rationes illud inuestigare, &  
detegere: nisi quæ mala sunt facienda, vt inde  
bona proueniant. quam ob rem ex his cautelis eas  
tantũ in praxi usurpare licet, quæ sine vlla menda  
cia, aut iniquitatis specie possunt ad vsum renocari.

illicite caute  
le quæ absq;  
peccato exer  
ceri non pos  
sunt, nullo  
modo usurpã  
de.

Hoc semper est animaduertendum, puniẽda qui  
dem esse delicta, coercendos malefactores, adhiben  
dam esse omnem diligentiam, vt veritatem ab inui  
tis, & sceleratis iudices extrahant: at seruato iuris  
ordine id esse faciendum, nec committendũ quidquã  
quod aq̄uitas, & iustitia non admittat; quod si ita  
haberi veritas non possit, nec malefactores puniri,  
meminerimus verissimi illius theologi dogmatis.  
Multa relinqui puniẽda iudicio diuino. Est  
equidem valde laudanda iudicum quorundam sol  
licitudo in inuestigandis, & coercendis sceleribus;  
sed magnopere vituperanda, & detestanda consue  
tudo, vt illicita quæque committant ad veritatem  
eruendam, quorum errores diligenter detegit, & re  
fellit in hac re Franciscus Casonus integro tractatu  
de tormentis, sed non est nostrum hæc corrigere.

His cautelis, quæ ab Emerico longo sunt sermo  
ne relatæ ad eruendam ab inuitis seu volentib. hæ  
reticis veritatẽ, multæ aliæ a prudentibus, & eru  
ditis Inquisitoribus, & inueniri, & usurpari pos  
sunt iuxta qualitatẽ naturam, & mores varios ac  
diuersos diuersarum personarũ. placuit hic illã recẽ  
serẽ, quæ vsus est Flavianus Antiochiæ Episcopus  
ad deprehendendos detegendosq; Massilianos here  
ticos, qui diligenter hæresis venenum occultare co  
nabatur, de qua re Theodoritus, lib. 4. historie eccle  
siasticæ, 10. scribit in hæc verba: Quin etiam Fla

Qualiter de  
secta Massi  
lianorum hæ  
retis.

uianus Antiochiæ Episcopus, vi multorum ser  
mone celebratus, cum accepisset hos Edeffæ rex  
tem agere, & suum venenum in vicinorum ani  
mos infundere, missa ad eos Monachorum tur  
ba deduxit Antiochiam, & morbum, quem per  
negabant, extorsit ad hunc modum: Adelpium  
admodum senem benignè vocat ad se, propè af  
sidere iubet: Tum quoniam inquit, senex, ad  
longinquum temporis spatium vitam propaga  
uimus, ideirco, & natura humana, & fraudulentu  
dæmonum aduersariorum conatus nobis accu  
ratius perspecti sunt, & cogniti; Multoq; etiam  
vfu, quæ & quãta sint dona gratiæ edocti sumus,  
Isti cum sint iuuenes, & nihil istarũ rerũ exqui  
sitè norint, sermones spirituales audire vix, aut  
ne vix quidem ferunt. Itaq; tu, quæso, dic mihi,  
qua ratione affirmetis, & spiritum cõtrarium re  
cedere a vobis, & sancti Spiritus gratiam aduen  
tare? His verbis Senex ille delinitus venenũ oc  
cultum exprompsit vniuersum. hætenus Theodo  
ritus. quo loco continenter subiungit, qua oratione  
Adelpius ille Senex hæreticus venenata hæresis  
felle dogmata patefecerit, tandeq; subiungit dicit.  
Itaque diuinus ille Flavianus, factio isto fonte  
effosso, & impijs eius riuiulis patefactis, miserum  
senem sic affatur: O diebus onuste, & inuetera  
te, tuum ipsius os te coarguit, haud ego: tua labia  
contra te testimonium dicunt. Itaq; erroris mor  
bo reuelo, Syria exacti erant illi quidem, sed in  
Pamphiliam profecti, eam eadem pernecie re  
fererunt. hæc Theodoritus.

Insignis est profecto cautela, per quam blandiẽ  
do, & quasi desiderium discendi ostendendo, inani  
gloria tumescens hæreticus (quod vitium hæreticis  
est valde familiare) dum Episcopum vult instrua  
re, & docere, morbum hæresis, quem antea occultau  
erat, manifestè, & patenter declarauit.

De signis & indiçijs exterioribus, qui  
bus diuersarum sectarum hære  
tici cognosci possint.

**S**ane quia multum interest ad habendũ  
ab hæreticis de suis erroribus, & comp  
plicibus veritatem, cognoscere cuius  
sunt sequaces hæresis, siue sectæ, quod ex eorum  
vita, seu moribus, & ritibus ac signis exteri  
oribus patet clarè, & apertè; ea propter ut hæreti  
ci, cuius sectæ sint, citius cognoscantur, de mo  
dernorum hæreticorum ritibus, viuendi modis,  
& eorum habitibus aliqua breuiter perstringa  
mus.

COMMENT. XXIII.

**Q**uo tempore Emericus hæc scribebat, valde  
necessaria erat huiusmodi cognitio: nam cir  
ca ea tempora frequens adhuc erat horum hæretico  
rum turba, & perfidia, quemadmodum ex secunda  
parte, vbi horum origo, & errores narrati sunt,  
constat: hodie sola historie commemoratio valde  
delectat, & carori qui de hæreticis scripserunt post  
Eyme-



Eymericum in his eum sunt magna ex parte secuti, A  
 per Alfonso Castrius, Præcolus, & Lucéburgus, quorum opera de hereticis & contra hereticos ex-  
 tant frequentia.

Verumtamen hæc quoque exteriora signa fallacia esse poterant, cum frequenter huiusmodi habitus multis de causis absque hæresi, aut hæresis suspicio ne usurpari potuissent, ut ostendimus supra par. 1. super q. 9.

At maior difficultas versatur in intelligendis & deprehendis hereticis occultis, qui per hæc patentissima signa errores suos & sectas minime profitentur: quæ res cum sit difficilis, & cognitu ne cessaria, in gratiam lectoris est mihi breuiter indicanda, cum alibi ab Eymerico non doceatur, nec sit enique patens & obuia.

Initio hoc statuamus velut certissimum & exploratissimum, omnem hæresim per aliqua signa exteriora esse à iudicibus fidei deprehendam: quia ea que omnino occulta est, nec ullis prodita indicijs, diuino iudicio relinquatur vindicanda. Rursus, omnis hæresis, omnisve hereticus bisariam deprehenditur, verbis, aut factis; verba enim & facta signa sunt indicantia interiorum mentis conceptum. Ari Hæreses lib. 1. de interpretatione, & Imperator in l. si non conuicti, C. de iniurijs.

Ad verba quidè quomodo heretici deprehendantur plus quam manifestum est, hæc nihilominus partem explicat Albertinus tract. de agnosc. assertio. q. 30. per totam, ubi assert 17. modos, quibus hereticorum pertinacia conuincatur, quos paucis immutatim repetiuit Alfonso Guererus in speculo, titu. de Apostatis. 2.

Verum nos ut breuius hanc tractationem absolamus, generalibus regulis absoluetes, quod illi enumeratis indiuiduis nituntur ostendere, quod est impossibile, cum indiuidua, que numero esse possunt infinita, ut bene philosophantes tradunt, nullis præceptis comprehendere possint, dicimus, hereticum ex verbis deprehendi eum, qui aliquid dixerit contra speciem generis veritatum catholicarum, & species suo illis generibus contentas, que tradidimus supra par. 2. super q. 2. neque in his amplius vlla nostra præceptio est: nullus enim est, vel mediocriter eruditus, & in fidei dogmatibus exercitatus, qui non facile cognoscat hereticas propositiones, & inde facile hereticos deprehendat.

Ex factis autem cognoscere hereticos longe difficilius est, cum & varia sint factorum hereticitatis genera, eaque multis etiam modis, & varijs de causis possint a diuersis patrari; ergo in vniuersum facta quandoque indicant hominem hereticum, vel apostatam, quandoque de hæresi suspectum vehementer, aut leuiter, iuxta facti, & persona faciendis qualitatem.

Ille facta hereticum, vel apostatam indicat, ex quibus violenta oritur presumptio, & a iure approbata est, nec in contrarium admittit directam probationem: ea vero sunt sequentia: transire ad ritus Iudeorum se circuncidendo, vel ad ritus Sarraaceno rum, aut aliorum quorumuis infidelium, factum est indicans hominem hereticum, vel apostatam. c. cõtra Christianos, de heret. lib. 6.

Qui citatus ad respondendum de fide vel suspectus in ea, non comparuit, & excommunicatione per annum pertulit animo pertinaci: anno elapso ex hoc facto hereticus reputatur, & velut talis damnatur, c. cum contumacia, de heret. lib. 6.

Qui deficiunt in purgatione canonica, quæ in causa fidei sibi indistam præstare non potuerunt, velut heretici condemnantur. c. inter sollicitudines, de purgatio. cano. & dixi plene supra par. 2. super ca. inter sollicitudines.

Qui relabuntur in hæresim quam abiurauerunt in genere, vel in specie, ex relapsu pertinaces heretici iuris presumptione putantur, c. ad abolendam. §. illos quoque, de heret. c. super eo. & c. accusatus. §. cum vero, de heret. lib. 6.

Qui post abiuram hæresim, de qua conuictus fuerat, vel postea conuincitur, cum hereticis communicat eos uisitando, receptando, deducendo, associando, dona vel munera eis donando, vel mittendo, hereticus putatur. c. accusatus. §. ille quoque, de heret. lib. 6.

Qui inuenti fuerint de hæresi suspecti, nec Episcopi mandato obedientes congruè se purgauerunt, velut heretici traduntur curiæ seculari, ad abolendam. §. qui uero, de heret. quod est intelligendum iuxta declarationem textus in c. excommunicamus, 1. §. qui autem, de heret. ut primum scilicet excommunicatur: nam si per annum sustinuerit excommunicationem, eo elapso ut hereticus potest damnari.

Qui cum essent sanæ mentis in corporis infirmitate & morbo constituti, & petierunt hereticos consolatos, heretici habentur. c. filij, de heret. li. 6.

Qui morti etiam propinqui petierunt eosdè hereticos consolantes, quamuis post perditam loquelam, uel mentem amissam, consolationem eam, seu uerius desolationem receperint, si prius habiti fuerant de hæresi suspecti, uel diffamati, heretici reputantur, d. c. filij, de heret. lib. 6.

Atque ex his quidem factis iuris uolentia presumptione heretici conuincuntur, ut pulchre docuit Albertinus tract. de agnosc. assertio. q. 3. nu. 7. & q. 30. nu. 2. eiusmodi fere sunt etiam omnia illa facta, que enumerat Concilium Biterrense c. 29. quod retuli supra par. 2. super q. 50. adde que dixi par. 2. super q. 55. §. Tertia suspicio.

His modis addi posset ille, quem; explicui infra hac 3. parte in 2. modo processum fidei terminandi. §. nec contemnat, de eo qui recidit in hæresim, de qua se prius purgauit, iuxta declarationem ibi allatam, quam uidero.

Sunt iam alia facta propemodum infinita, ex quibus oriuntur nunc uehementes, nunc leues hæresis suspensiones, que nominatim recenseri non possunt: nonnulla tamen referam, ut res hæc quam tracto, intelligatur apertius: Ad aras idolorum thurificare: demones colere uel invocare, ab eisue responsa petere; sydera uenerari; manifestæ hæresis sunt signa, glossa communiter recepta in c. accusatus, §. sane, uerbo, saperet, de heret. lib. 6. Zanchinus trac. de heret. c. 22. nu. 7.

Conuersari cum hereticis: aut libenter & frequenter cum alijs infidelibus, uelut Hebrejs, Sarra- cenis & similibus: evitare communionem, & con-

Ee 4 fortism

Ex quibus factis uehementes hæresis suspensiones oriuntur.



sortium fidelium; raro diuini officij interest; quo tempore Ecclesiæ præcepto ad id obligantur, & similia opera exercere, indicia sunt hæreses, & excommunicamus, §. adijcimus, de hæret. Zanchinus tract. de hæret. c. 7. nu. 7.

Ecclesiastica sacramenta non recipere: Ecclesiæ præcepta non obseruare quo tempore recipienda & obseruanda sunt; iuxta Ecclesiæ leges & consuetudinem, vt non confiteri: non recipere Eucharistiam: non ieiunare cum possis: non abstinere ab esu carniū cum debeas, & similia, externa sunt hæresis signa, quæ suspicionem malæ credulitatis parunt. Zanchinus tract. de hæret. c. 3. nu. 2. vbi Campenius, Felinus in c. ad abolendam, nu. 2. de hæret.

Iudaizare, id est, facere id quod à Iudæis solitum est fieri, vt sabbatū colere, & similia, indicia sunt latentis perfidiæ. Alber. tract. de agnos. assertio. q. 8. nu. 12. Ioannes Roias tract. de hæret. par. 1. nu. 304. & seq. Emericus paulo post tit. de signis per quæ hæretici iudaizantes dignoscuntur, nu. 114.

Huc sunt referenda opera, siue facta fautorum, receptatorum, & defensorum hæreticorum: ite opera persequentium fidem Catholicam, & impediendam sacrum inquisitionis officium directis, vel indirectis, & c. quæ longum esset recensere, ex quibus quædam vehemens, quandoque leuis suspicio nascitur, de quibus copiose Emericus parte 2. q. 50. & sequentibus, & nos cum eo eisdem locis, adde Albertinum de agnos. assertio. q. 30. num. 60. & seq. & Iacobum Simancam de catho. instit. tit. 31. nu. 14. cum aliquot sequentibus, & Matthæum Ory in Alexipharmaco contra recidinas hæresim affectiones, parte vltima, tit. Quomodo debet purgari Ecclesia ab hæresibus.

Sunt item quedam facta & maleficia ex quibus protinus videtur oriri suspicio malæ credentiæ contra perpetrantem quod male sentiat de aliquo Ecclesiæ dogmate, aut instituto, aut ordine, aut re aliqua, de qua sentire debemus sicut catholica sentit Ecclesia; veluti de potestate Papæ, & prælatorum, de sacris Monachorum religionibus, de sacramentorum ritibus, & multis huiusmodi, quæ breui oratione comprehendendi non possunt: si quis enim indigno aliquo facto iniuriam & contumeliam his inferret, malæ credentiæ suspicionem contraheret, ac proinde tanquā suspectus de hæresi per iudices ecclesiasticos esset puniendus, sicut eleganter & copiose ostendit aliquando illustrissimus dominus Marcus Antonius Columna, Marsilius, Archiepiscopus Salernitanus, vir iuris vtriusque; peritiam insignis responso quodam, quo luculenter probauit delictum quorundam, qui conspurcauerant libellos excommunicatorios, quos vulgus cedulones vocat, cum turpium figurarū appositione ad sanctum officium pertinere: hoc enim factum videtur de potestate prælatorum male sentire, & censuras Ecclesiæ contemnere, atque irridere, & ignominiam Ecclesiæ irrogare, quæ eis celsuris vitur.

Denique vt in hac causa vno verbo tradam signa quibus hæretici, aut de fide suspecti deteguntur, dico, omnia opera per quæ dissiident a communi vita & conuersatione fidelium: aut ab Ecclesiæ probatis ritibus & consuetudinibus: aut receptis Patrum doctrinis & præceptis, quæ communes magis quā pri-

uatos mores respiciunt; aut hæresim inducunt, aut hæresis suspicionem, & excommunicamus i. §. adijcimus, de hæret.

### Signa exteriora, per quæ hæretici Pseudoapostoli cognoscuntur.

**P**

seudoapostoli hæretici per signa huiusmodi cognoscuntur: induuntur tunica alba, longa, ac desuper matello albo ad collum per modum pallij eleuato, & super tunica non

corrigia de corio, sed funiculo adstringuntur: tunicæ longos deferunt: caput non cooperiunt, sed incedunt capite nudato: nudis pedibus incedunt, & quandoque soleis vtuntur: per mūdum ditcurrunt in plateis publicis in mensa eis parata sedendo comedunt: nihil petunt: sed de omnibus quæ apponuntur eis edunt: ponentes se ad mensam cantando benedicunt, & quando surgunt, etiam cantando gratias agunt: mensam paratam in via publica cum comederint, dimittunt, nihil inde secum ferunt, sed totum ibi dimittunt, & recedunt cantando per vias publicas, clamando: agite penitentiam, quia appropinquat regnum cælorum: aliquando Saluæ regina cantant: vitæ se soli tenere Apostolicam mendaciter asserunt: nulli obediunt: Apostolos se communiter appellat, atque dicunt.

Quanta autem istorum Pseudoapostolorum sit impietas, & quantus error, dictum est supra in secunda parte q. 12. vbi agitur de hæresibus & erroribus Pseudoapostolorum.

### Signe exteriora per quæ à Manichæis hæretici dignoscuntur.

**M**

Anichæi hæretici signis huiusmodi dignoscuntur: in nullo casu iurant: quæres Quadragesimas in anno tenent, sicut a festo beati Britij vsque ad Natale, & a Dominica prima Quadragesimæ vsque ad Pascha, & a festo Pentecostes vsque ad festum Apostolorum Petri, & Pauli: & vltimam septimanam cuiuslibet Quadragesimæ vocat septimanam sanctam, siue strictam: quia in illa ieiunant in pane & aqua: alij autem septimanis tribus diebus ieiunant in pane & aqua. Isti carnes nunquam comedunt, neque etiam tægunt, nec cæscum, nec oua, nec aliud, quod nascatur ex carne per

viam generationis, seu coitus edunt, sed respiciunt nullum animal gressibile, aut etiā volatile occidunt: quia fallaciter asserunt atque credunt, quod in animalibus brutis, atque in aibus degant illi spiritus, qui recedunt de corporibus hominum, qui non fuerunt de secta eorum: mulierem in nullo casu tangunt, vitam Apostolicam se soli tenere fingunt.

Quantus autem istorum hæreticorum Manichæorum sit error & impietas, dictum est supra in 2. parte q. 13. vbi agitur de hæresibus & erroribus Manichæorum.

Signa